



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De vsu pallij ne à metropolitanis presumptiuem vtatur. ccxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De malo pastore quem suæ oues fugiunt. Cap. CCV.*

*Ex dictis August. Sicut fugiunt oues voce in pastoris quem non cognoscunt, & deserta petunt, ita mali pastoris ouilia.*

*De illo qui nobilitatem Dei à se eicit. Cap. CCVI.*

*Gregori. dicit. A*dam primus homo pro peccato de paradyso eiectus est, hoc est, qui nobilitatem Dei à se eicit, nobilitate loci priuetur.

*Quod non sint omnes filii sanctorum, qui tenent loca sanctorum. Cap. CCVII.*

*Hierony. dicit. N*on facile est stare in loco Petri & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Christo: quia hinc dicunt, non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum.

*Quod nullus ex genere nec ex loco gloriari debeat. Cap. CCVIII.*

*Gregori. dicit. N*os qui presumus non ex locorum nec generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec urbium claritate, sed fidei puritate.

*De sacerdotibus qui ouibus suis mala exempla present. Cap. CCIX.*

*Ex dictis August. N*emo quippe amplius in Ecclesia nocet, quam qui peruersè agens, nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redargere nullus presumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, cū pro reuerētia ordinis peccator honoratur.

*Vt tantum curam rerum ecclesiasticarum episcopus habeat. Cap. CCX.*

*C. apost. 33. O*mnia negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Deo contemp'ante dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis quae Dei sunt condonare. Quod pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret: ne eorum occasione Ecclesiae negotia depredentur.

*De usu palli ne à metropolitanis presumptiuē vtatur. Cap. CCXI.*

*Ex decre. Honor. papæ, cap. 3. Q*vicunque sanè metropolitanorum per plateas, vel in litaniis uti pallio presumperit, & non tantum in præcipuis festiuitatibus, & ab apostolica sede inditæ temporibus, ad Missarum solummodo solennia,

caret illo honore: & prout beatus papa Gregorius ad Ioannem Panornium episcopum, & Marinianū scribit Raue natem episcopum, quia graue iugum atque vinculum ceruicis non pro ecclesiastica, sed pro quadam seculari dignitate defendit, permitta, qua abutitur, dignitate caret: quoniam iure priuilegium meretur amittere, qui audacter usurpat illicita.

*Quod episcopus res suae Ecclesiae, nisi cum suo prius com-  
mutet, testamento legare non posse. Cap. CCXII.*

**S**i quis episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, *Agathē* nisi tantum de iuris proprijs facultatibus suppleuerit. *Si, cap. 6.*

*De episcopo qui res suae Ecclesiae parentibus suis  
indiscretè tribuit. Cap. CCXIII.*

**V**Te episcopi in rebus Ecclesiae circa propinquos suos *Ex cōcil.* exponendis reprehensionem caueant, & vt discre- *Spalenſi,*  
tionis modum teneant. *cap. 10.*

*De eadem re. Cap. CCX IIII.*

**Q**uoniam multi episcoporum amore propinquorum *Ex eodē,*  
suorū de rebus sibi cōmendatis, suo aut quolibet a- *cap. 5.*  
micorum nomine prædia & mācipia emunt, & vt in propinquorū suorū ius cedant, statuunt, & ob hoc iura ecclesiastica conuelluntur, & ministeriū sacerdotale fuscatur, imò à subditis detrahitur, & contemnitur: placuit omnibus, vt deinceps avaritiæ hoc genus caueatur. Fixumq; ab hinc & perpetuò mansurū esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatū, aut certè in episcopatu hæreditaria successione acquisiuit, secundū authoritatem canonicā quicquid vult, faciat & cui vult, cōferat. Postquam autē episcopus factus est, quascunque res de facultatibus Ecclesiae, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione cōparauerit, decreuimus, vt non propinquorū suorum, sed in Ecclesiae cui præest, iura deueniant.

*Ne episcopus de rebus viduatæ Ecclesiae quicquam  
alienare præsumat. Cap. CCXV.*

**S**i quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessita- *Ex decr.*  
te cōpulsus, in suo clero aut vbi fortè nō est presbyter, *Martin.*  
de rebus ecclesiasticis aliquid præsumperit vendere: res *papæ, ca.*  
ipsas Ecclesiae restaurare cogatur, & in iudicio episcopo- *20.*  
rum deiiciatur auditus, & tanquam farti aut latrocinij